



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

I. Electus ante confirmationem electionis de rebus ecclesiae disponendi
nullam habet facultatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

neantur ecclesiis & propriis personis deferuire, alienum est ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnã.

ANNO
CHRISTI
1179.

PARS XL. DE ELECTIONIBVS
ET ELECTORVM POTESTATE.

CAP. I.

Idem Exoniensi episcopo.*

NOSTI sicut vir prudens & sapiens, quomodo dilectus filius noster G. dictus Lincolniensis electus, committendi honores vel præbendam, & alia disponendi de rebus ecclesiæ, cum sua nondum sit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Inde est, quod fraternitati tuæ, &c. quatenus eidem dicto electo ex nostra parte non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum alicui conferre præsumat, vel si iam concessit, ei auctoritate nostra præcipias, vt concessionem suam, omni contradictione & appellatione cessante, studeat reuocare. Quod si distulerit, tu eandem concessionem, appellationis remoto remedio, auctoritate nostra non differas reuocare.

CAP. II.

*Idem I. basilicæ 12. apostolorum presbytero cardinali,
apostolicæ sedis legato.*

Quod diligentia tua per dilectum filium nostrum H. S. a nobis requisivit, an electio electi, qui nuper abiurato schismate, ad vnitatem ecclesiæ & nostram deuotionem rediit, confirmari debeat, id tibi duximus respondendum, quod si ab schismatico nullum ordinem suscepit, & eius electio vnanimiter & concorditer secundum ordinem Canonum facta fuerit, dummodo alia ratio non impediatur, confirmationem tuam ratam habemus, mandantes, vt eum facias a catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensis ecclesiæ in episcopum ordinari, salua tamen iustitia debita & reuerentia, eiusdem ecclesiæ, cum ad catholicam redierit vnitatem.

CAP. III. *Item* Cicestrensi episcopo.*

Cum de tua & aliorum electione, qui sunt in quibusdam